

98 Animadverto etiam, ea quæ haec tenus congregata sunt, ex quibus diximus, debere Ordinarium in controversiis componendis & in processionibus; & similibus ortis (præ oculis suis habere, ut suum animum, & arbitrium melius possit informare) non ita necessitate ipsum, ut si omittat, suam queat compositionem executioni mandare absque meru violentiae, ea namque pertinent ad iustitiam principalem, seu iustitiam, judici superiori de appellationis causa cognituro referuntur, & pertinentem; non tamen ipsa nullam compositionem reddere queunt, ut locus sit regula. l.4. §. condemnatum, ff. de re judic. scilicet sententiam nullam non mereri executionem, & judex, qui eam exequitur, deferendo appellationi, ab ea vim facere, de quo latius suo loco agendum est Deo dante 3.p. cap. 9. a prime.

99 Insuper unum porrò necessarium est adverteret ut appellationi, quæ prohibita extat per d. Concilii Trid. 13. seß. 2. 5. de regul. de quo ad principium à compositione supradictarum controversiarum, non ita absolute intelligenda est; sed tantum quoad unum effectum suspensivum: ita probat Cardinalium declaratio super eodem capitulo, verbo. *amota omni appellatione*, in hac verba: Intellige ad effectum suspensivum, sed cum provenit sententia Episcopi, bene appellari poterit ad effectum devolutivum, ex congregatione sententia in una Hieracensi, &c. Haec tenus de declarat. fol. mibi 436.

100 Ultimo loco pro hujus capituli complemento animadverto, quod licet Ordinario talis compositione sit concessa super controversia in processionibus, aliud erit dicendum de maleficis, vulneribus, & delictis ibi commissis: putat, inter exemptos, vel laicos, quia tunc Judex, qui alias debet de eis cognoscere, & animadversio pertinet, puniri competit; ita in simili dicit Oldrad. *in suis consiliis*, quem vide *in repertorio*, verbo, *compositio facta de contr. &c.* & per id inquire consilium, quia in meis & aliis nunquam repetere potui, sed nihilominus doctrina in se juridica est.

101 Ulterius circa hoc cap. 13. de reform. seß. 2. 5. de regula, ut quamvis ex eo detur Episcopo facultas ad secundas controversias ortas inter ipsos regulares, iotelli, tantum debere, dicit Decianus lib. 2. consil. 6. 3. num. 10. quando ex ipsis controversiis sequitur scandalum; si autem illud non sequatur, non cognoscet Episcopus, quem etiam sequitur Cænedus in q. c. 26. 217. pro quo sunt ponderanda illa verba ejusdem Concilii ibi 17. quæ persæpe cum scandalo oriuntur.

102 Unum tamen quotidianum obiter non omissum, ut exempti omnes tam saeculares, quam regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas processiones vocantur, accedere compellantur, iis tamen exceptis, qui in strictiori clausula perpetuo vivunt, juxta Concilii Trident. dispositionem cap. 13. seß. 5. de regul. teneant etiam Zerola *in praxi Episc. 1. part. verbo processiones*, §. 2. Emmanuël Rodrig. *queſt. reg. tom. 3. q. 36.* Barbos. *in remiss. ad idem Concilium*, n. 4. Aloys. Ricc. *Curia Archiepisc. Neapol. decif. 9.* Gratian. decif. 232. Bald. decif. 339. par. 2. charissimus mihi, ac doctissimus Perez de Lara *in tract. de anniversa. & Capell. 1. p. cap. 24. num. 14.* Joan. Franch. *Leo in thesauro fori Eccles. 1. p. 6. 8. n. 18.* Joan. Hieronym. Campan. *diver. jur. canon. rubr. 12. c. 13. n. 117.* Marc. Anton. *inſtit. major. l. 2. tit. 1. n. 55.* idem Zerola *in praxi. 1. par. §. excommunicatio causa materialis*, ibi, secundo fall. Vivald. *in candelabro. 1. part. tit. de absolutione. c. 13.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic.* lib. 3. queſt. 11. nn. 18. Paul. Fusc. *tract. de visit. l. 2. cap. 8. n. 12.* & cap. 15. n. 64. Cæned. *in queſt. canon. 26. num. 15.* qui num. 17. ad fin. adducit facie 103 congregat. declarationem 360. qua disponitur, sacerdotes etiam servientes in Ecclesiis equitum Hierosolymitanorum, posse similiter compelli ab Ordinario, ut intersint iis processionibus. Quo quidem subla-

ta fuit antiqua Doctorum controversia in c. ximis, cl. 2. de excessibus prelatorum. Felin. *in cap. dilecto, de officio ordin.* an scilicet, & quando potuerit Episcopus regulares vocare ad processiones, necne.

Regulares autem, qui absunt à civitate ultra dimidium milliare compellendi minimè sunt, ut declaravit sancta Congregatio, teste Gratiano ubi proxime, n. 9. 105 Aloys. Ricc. *Curia Archiep. Neapol. decif. 31.* Barb. *in d. remiss. n. 7.* Lara, Campan. & Leo, ubi supra, & hi duo ultimi idem dicunt de exemplis, qui sunt nullius dicecisis, vel extra civitatem in locis, in quibus habent plebem, qui cum illa plebe debent facere processione, juxta alteram ejusdem Trid. declaratio 106 nem relata ab eodem Joanne Franci. Leone, velut etiam hi regulares compelli non possunt ad processiones accedere eo in loco, in quo habent consuetudinem legitimè acquistatam, non accedendi, prout sit declaratum à sacra congregatione rituum, se videlicet testatur Joan. Hieronym. Campanill. *divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 13. sub n. 117. post medium.*

Et nota, quod per idem Tridentinum, ibi, tam clerici saeculares, quam regulares, &c. sacra Congregatio, clericos omnes Diocesanos, quantumvis exemptos, si beneficia etiam simplicia in Diocesi obtineant teneri, & compelli posse ab Episcopo, ut accedant ad 107 processiones, firmant Aloys. Ricc. *in collect. decif. part. 4. collecta 882. in princ. Barbos. in remiss. ad Tri. super d. cap. 13. seß. 2. 5. de regul. n. 6.* Bald. decif. 339. part. 2. & hi duo ultimi querunt, an procedat in clericis nondum beneficiatis, sed tantum obtinentibus officium in Ecclesiis, & affirmativè respondent.

Sed major extat difficultas, an religiosi possint 109 ab Episcopo compelli, & censuris distingi, ut vadant ad publicas processiones? Et plures per sacram Congregationem fuisse decisum, non posse compelli, sed ascisci, vocari, & allici, refert Quaranta *in summa Bulvarii*, verbo, *prosidentia*, in fin. fol. 339. & tenet Thomas Sanch. *tractatu de matr. lib. 7. decif. 33. num. 13.*

Emmanuël Rodrig. *in summa*, tomo 1. cap. 74. nnn. 4. allegans Gambar. *de offic. legat. lib. 8. cap. ult. num. 7.* Sed contrarium verius existime, ut possint censuris compelli tenent Gratian. dec. 232. nn. 13. quem refert, & sequitur Perez de Lara *de anniver. Capell. lib. 1. c. 24. num. 14.* Marcerat. dec. 35. dub. 2. Barbos. *in rem ad d. c. 13. numero 5.* optimè latèque Zerola *in praxi Episc. 1. part. verbo processiones*, sub §. 1. & vers. ad secundum, & iterum verbo excommunicationis, de causa mater. §. 4. vers. 2. qui loquuntur de compulsione per censuras, penas pecuniarias, aliqui juris opportunitis remediis, optimè Enriquez l. 7. c. 25. vers. ut si vocati, & num. 7. vers. hinc sequitur assertentes non solum posse Episcopum in hoc casu procedere censuris Ecclesiasticis, sed etiam aliarum penarum punitione, Paul. Fuscus *tract. de visit. l. 2. cap. 8. n. 12.* Cænedus in queſt. canon. q. 26. n. 16. qui post Zerolam refert sacram Congregat. Cardin. *declarat. 32.* ita censuisse, regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indicatas, posse ab eo puniri per censuras, & penas arbitrarias, & alia iuris remedia.

Confraternitates tamen laicorum nequeunt coram 110 pelli, sed allici, & incitari, ut tradit Gratianus d. decif. 232. nn. 13. Perez de Lara ubi proxime, num. 16. & 17. affirmantur, ita fuisse decisum à sancta Congregatione, sed si fecerint votum eundi, possunt compelli ad obseruantiam voti, I. profanis, C. de paganis, l. 2. §. si decimam, ff. de pollicitationibus, cap. ex parte, de censibus. Sed contraria, imò quod confraternitates laicorum eodem modo possint compelli ad processiones accedere, testatur, decisum fuisse Marcerat. eiusdem curie decif. 66. Barbosa *in remissio. ad Concil. d. c. 23. seß. 2. 5. de regular. n. 3.* ante finem, & vide Sait. dec. 5. de officio ordin.

Pars II. Cap. X.

247

- 111 Hæ tamen processiones, ad quas accedere, possit Episcopus compellere supradictos, debent esse publicæ, ut declaravit sancta Congregatio, de qua, & quales particulares, & de natura processionum, & alii difficultatis, vide Capell. Tholosa *decisione 48* 5. latè, & optimè Zerol. *in praxi Episc. 1. p. verbo processiones*, Campanill. diversi. jur. canon. rubr. 12. c. 13. à n. 117. fol. 749. ad quos te remitto; cui consonat, quod dicit Felin. *in cap. dilectus*, nn. 7. de offic. ord. ut hujusmodi processiones, ad 112 quas religiosi compellantur, debent fieri ex gravi, & urgenti causa, quod etiam censent Abb. in cap. nimis prava, n. 3. & ibi optimè Marian. Socin. ex n. 7. de excessibus prelatorum, Cæned. queſt. can. 26. sub num. 15.

CAPUT X.

A duobus judicibus delegatis, seu & aliis, in eadem causa se invicem inhibentibus, hinc inde appellationi emissæ, quis eorum non deferens vim faciet, & qui, si existant in diversis Senatum districtibus, ad quem sit recurrendum, ut uter vim faciat, declaretur: & generaliter quid, & quando à qualibet inhibitione, sive perpetua, sive temporali appellatio legitima dicatur.

SUMMARIUM.

- 1 Inhibitionis materiam qui tractent.
 - 2 Ab inhibitione appellationi si non deferatur, an vis fiat.
 - 3 Inhibition dicitur sententia merè interlocutoria.
 - 4 Ab interlocutoria non licet appellari.
 - 5 Inhibition an sit interlocutoria habens vim diffinitiva.
 - 6 Interlocutoria quæ judex se competentem, aut incompetentem declarat, habet vim diffinitiva.
 - 7 Interlocutoriam habentem vim diffinitiva judex revocare non potest.
 - 8 Inhibitionem potest idem judex revocare, & reformare.
 - 9 Inhibitionis revocata, & reposita effectus quales, ibid.
 - 10 Inhibitionis revocatio an suspendatur per appellationem, ita ut gesta à judice inhibito sint attentata.
 - 11 Et quid si continet damnum irreparabile, aut ipsa revocatio habere vim diffinitiva.
 - 12 Inhibitionis revocatio sive expressa, sive tacita per remissionem cause inferiori, non suspenditur per appellationem.
 - 13 Inhibition non causat gravamen irreparabile.
 - 14 Ab inhibitione expedita absque cause cognitione appellatio licita est.
 - 15 Ab inhibitione canonice expedita, sive ab ejus revocatione appellationi non deferens vim non facit.
 - 16 Et 17. Inhibition non canonice expedita justam reddit appellationem suspensam.
 - 18 Sententia nulla sive interlocutoria, sive diffinitiva etiam alias privilegiata executionem non meretur.
 - 19 Inhibition minus canonica nulla est, & inferiorem judicem non aequalat.
 - 20 Inhibition canonica fit per cause cognitionem, & partis citationem.
 - 21 Causa cognitionis ad inhibitionem expediendam quemadmodum per superiori sit adhibenda.
 - 22 Inhibition de causis nulla reddit.
 - 23 Inhibition quod non causat attentaria in notoriis, & in confessio & convicto, & quod illa causet etiam, ubi sententia sit privilegiata quomodo intelligendum.
 - 24 Inhibere potest superior etiam in causis non appellabi-
- libus, quando simul cum cause cognitione cognoscit de natura appellationis an sit privilegiata.
- 25 Secus si hujusmodi causa cognitionis sit omessa.
- 26 Concil. Trident. sess. 2. 5. de reform. cap. 14. declaratur. & à num. 8. 1.
- 27 Inhibitionem non canonicas, & nullam de stylo Rotæ causare attentaria quomodo intelligatur, & seqq.
- 28 Stylus Rotæ extra Rotam non attenditur.
- 29 Inhibition temporalis, que, de qua in l. 55. titul. 5. lib. 2. recip.
- 30 Super secessor utuntur judges Ecclesiastici omnes, ut per aliquod tempus inferior supersedeat in causa, donec exportentur acta, & ex eis se informet ad inhibendum, vel remittendum.
- 31 Inhibition temporalis per aliquot dies an recipiat appellationem, & seqq.
- 32 Forma inducta ad actum perpetuum, non extenditur ad temporalem.
- 33 Jurisdictio dilata non dicitur ablativa.
- 34 Supercessoria ad quem effectum sit inducta, & quibus causis locum habeat.
- 35 Inhibitionem temporalem non posse expediri absque causa cognitionis, fundatur.
- 36 Inhibition temporalis quod pariat inconveniens.
- 37 Inhibitionem temporalem prohibet lex Regia etiam auditoribus.
- 38 Ad absolutionem appellantis non debet procedere superior, nisi vijs actis.
- 39 Inhibition temporalis eandem de jure solemnitatem requirit, quam inhibitione perpetua.
- 40 Inhibition etiam temporalis, que servatur forma, appellationem non recipit.
- 41 Forma omissione reddit actum sui natura privilegiatum appellabilem, & attentatum inducit.
- 42 Inhibitionis requisitu habentur pro forma ipsius, juxta Trident.
- 43 Forma omissione vitiat actum.
- 44 Actis ad Principem exportatis per viam recursus judex Ecclesiasticus ex urbanitate tenetur supersedere.
- 45 & 46. Inhibition virtute appellationis à diffinitiva requirit causa cognitionem, & in appellatione ab interlocutoria.
- 47 Supercessoria requirent causæ recognitionem in puncto juris verius est.
- 48 Supercessoria stylus apud omnia judicia Ecclesiastica prevalevit, & vim non fieri decernit Senatus.
- 49 Supercessoria expedita judex contra partem, ut in aliquo actu supersedeat. quo parte non citata revocatur; revocatio tamen intimatur.
- 50 A judice dante se pro inhibitedo virtute inhibitionis legitime appellationi non esse deferendum, Senatus decernit.
- 51 A judice dante se pro inhibitedo vigore inhibitionis nulla, & non canonice, appellationi vel defertur, vel tertium genus datur.
- 52 Inhibition expedita ab uno judice degente in unius Senatus districtu contra alium in alio districtu existentem, quis Senatus pro tollenda violentia sit adeundus, ubi tres causas distinguuntur.
- 53 Senatus is adeundus, sub cuius districtu est judex, à cuius inhibitione appellatur.
- 54 Appellatio proponenda est coram eo judice, à quo appellatur.
- 55 Appellationem an sufficiat presentare in officio notarii postea legendam judicii.
- 56 Inhibens judex à cuius facto dumtaxat appellatur, vim facit absque alterius dependentia, cuius districtus attendendus est ad recursum Regium.
- 57 Mandans committi delictum in alio territorio, quo districtus sit puniendus,
- 58 Senatus is adeundus, sub cuius districtu stat judex à quo appellatur, quia iniuste dedit se pro inhibitedo.

- 59 *Senatus quis adeundus, quando est appellatum à facto simul duorum judicium inhibentis, & inhibiti obtemperant, existentibus tamen in diversis districtibus.*
- 60 *Causa continentia dividii non potest.*
- 61 *Senatus duo de eadem violentia cognoscere, foret absurdum, & inconveniens.*
- 62 *Senatus quilibet pro tollenda violentia adiri potest, ubi appellatur a facto duorum judicium inhibentis, & inhibiti existentibus sub diversis districtibus.*
- Declaratur, quomodo sit intelligendum, ibid.*
- 63 *In uno districtu existens, si emissio sagitta occidat existentem in alio territorio, ab utroque judge potest puniri.*
- 64 *Mandatarius, & mandans delictum committi in diverso districtu, ubi non punitur effectus, ab utrinque districtus judicibus possunt puniri.*
- 65 *A conservatore inhibente ordinario appellationi emissio, an non defervens, vim faciat.*
- 66 *Ab inhibitione per conservatorem expedita, nulliter tamquam appellationi deferendum.*
- 67 *Conservatoris jurisdictio fundatur in notoria, & manifesta injuryia, & violentia.*
- 68 *Qualitas attribuens jurisdictionē prius apparere debet.*
- 69 *Qualitas jurisdictionis sufficit, quod in libello deducatur ad tribuendum jurisdictionis exercitium.*
- 70 *Qualitatem jurisdictionis non sufficit deducere in libello, etiam quoad ejus exercitium, si à principio sit negata.*
- Quia tunc debet summarie, plenè tamen probari ipsa qualitas, ibid.*
- 71 *Jurisdictionis defectus aliis major reputatur.*
- 72 *Inhibitio non expeditur à non habente jurisdictionem.*
- 73 *Ab inhibitione non canonica appell. legitima dicitur.*
- 74 *Conservator, si orta controversia jurisdictionis non conquescat, ut arbitri eligantur, & illam dirimat, vim facit si appellationi non deferat.*
- Concil. Trident. sess. 13. refertur quod si ponitur competentiam jurisdictionis ortam inter conservatorem, & ordinarium, arbitri dirimant, interimque in causa conquescat, ibid.*
- 75 *A judge conquescere debente, & procedente ad ultiora, licita est appellatio.*
- 76 *A judge procedente post oppositam declinatoriam appellari licet.*
- 77 *Inhibitio expedita tempore, quo judge debet conquescere, est nulla.*
- 78 *Inhibitioni de facto expedita per conservatorem ordinarium parere non tenetur.*
- 79 *De inhibitione minus canonica, & de iusta contra ius idem est judicandum.*
- 80 *Judge quilibet an possit cognoscere, an sua sit jurisdictionis, & an queat ab alio inhiberi.*
- 81 *Inhibitionibus frivilis, & contrajus expeditis, non est per judicem parendum.*
- 82 *Trident. plura decreta determinantia in aliquibus casibus esse exequendam sententiam inhibitione non obstante, declarantur.*
- 83 *Trident. decretum in aliquibus casibus non solum permittit executionem, tollendo appellationem, sed ultra procedit tollendo inhibitionem.*
- 84 *Inhibitio non arctat, ubi princeps aliquem actum permettit, non obstante inhibitione.*
- 85 *Dictio (nulla) negativa universalis omnia excludit.*
- 86 *Dictio (quicunque) est apta comprehendere casus omnes etiam expressis majoribus.*
- 87 *Dictio (quoquo modo) includit ea, qua alias non comprehenderentur.*
- 88 *A duobus judicibus se invicem inhibentibus appellationi emissio per utramque partem, quis non defervens vim faciat.*
- 89 *Rescriptio ulterius prævalente, alter judge in eadem causa inhibere non potest, nec jurisdictione uti.*

- 90 *Inhibitionis anima est jurisdictio.*
- 91 *Rescriptis à duabus judicibus pro utraque parte impetratis, qui valido uitur, potest inhibere, & vim nullam facit inhibendo, sed alius.*
- 92 *Rescriptorum duorum ab utraque parte imperatorum quod prævaleat.*
- 93 *Rescriptum secundum ut priori prævaleat, triplex prioritas requiritur.*
- 94 *Competentia inter duos delegatos ad invicem se inhibentes diversorum rescriptorum virtute ab eis simul dirimir, qui si discordent, arbitri eliguntur.*
- 95 *Judge quilibet etiam delegatus cognoscit, an sua sit jurisdictio.*
- 96 *Violentia à duabus delegatis ante competentiae determinationem, & post eam potest deduci per Senatum ex rescriptorum inspectione.*
- 97 *Senatus quis violentia audeatur, quando appellatur à duabus judicibus se invicem inhibentibus, degentibus in diversis districtibus, & quid quando ab uno tantum appellatur.*

Non minus usitatae sunt in supremis Tribunibus perdifficiles praesentis capituli questiones, nam licet inhibitionum materiam latè sint prosequuti nonnulli, ut videre libet per Vestrum in praxi Rom. Cur. Vitall. in tract. clau. in clau. appell. rem. Mandof. in tract. de inhibitio. Lancelot. Robert. de attenta. 2. part. cap. 20. Martam. in compilatio. dec. tit. de inhibitionibus, tom. I. Card. Tusc. practic. conclus. tom. 2. litera l. à conclus. 140. & per nonnullas declarationes Cardin. super c. 1. sess. 13. de reform. quas adducit Barbosa in remissio. ad idem per totum, & alii passim: nihilominus tamen nullus difficultatum, de quibus agimus, meminit. Quapropter non inutile videbitur, in medium prius illam præmittere generaliter, an ab inhibitione appellationi emissio judge non defervens vim faciat, & ut judge Ecclesiasticus vim nullam inferre queat, si ab inhibitione superioris appellationi interposita non deferat: probatur fortiter, nam inhibitio à judge expedita dicitur sententia interlocutoria merè: ita tenent Panorm. & alii in cap. tuam col. 2. de ordine cognit. optimè Philipp. Franch. in c. cum cessante, num. 46. ver. 21. inhibitoria seu, &c. de appell. & ibi etiam Präposi. Federicus Senen. in consil. 96. factum, & alias 93. incipit factum, Doctores in cap. etiam, de ordine cognitio. Socin. consil. 99. Seren. n. 11. in 3. volum. quod etiam dicit Areti. 75. diligenter, column. 4. sub versic. his pramissis, Rebuff. in repetitione, l. quod jussit, in princ. n. 85. ff. de re judic. Lancelot. Robert. de attentat. 2. part. c. 20. post inhibitionem in prefat. quest. 1. num. 30. & ita nempe interlocutoria appellatur inhibitio in sui descriptione, quam videre est per eundem Lancelotum ibi num. 7. Quintilian. Mandof. tract. de inhibitio. qu. 17. num. 4. sed ab interlocutoria non licet appellare, juxta dispositionem facit Concilii Trident. sess. 24. de reform. c. 20. de cuius declaratione latè egimus, & curavimus suprà, c. 1. hac 2. p. per totum, & ibi in ejus corroborationem multa adduximus: ergo si appellatio emitatur, justè potest judge delationem denegato.

Et post hac omnia scripta hoc solo fundamento inventi Quintilianus Mandof. in tract. de inhib. qu. 76. dicentem, ab inhibitoria non appellari, vel appellari eo modo, quo ab interlocutoria mera de jure civili, cuius effectus non suspenditur per appellationem. Et confirmatur, cum nec valet, dicit talen interlocutoriam vim habere diffinitivam, quatenus jurisdictionem 4 judicis inhibitio tollit, vel suspendit, ejusque manus ligat, adeo ut ad ultiora valeat procedere absque metu, seu reatu attentati, juxta que latè Lancel. Mandof. suprà citati dicunt argumento illius doctrinæ, qua constat, illam dici sententiam interlocutoriam vim

Pars II. Cap. X.

240

- 6 vim habentem diffinitivam, qua judge se competentem, vel incompetentem pronuntiat; ex gloss. singulari, in auth. habita in fin. C. ne filius pro patre. Rom. in singulare 129. Aufrer. in decif. Capelle Tholos. quæst. 88. Guido Papæ in decif. Delphinali, quæst. 10. si judge, Corneus in singulari 5. incipit sentent. Felin. in c. qualiter, in prin. colum. 5. de accus. Decius in cap. pervenit 2. de appell. in fin. Doctores in cap. significanti, de offic. delegati. It. in l. 2. nu. 38. ff. si quis in jus vocatus non ierit, Rebuff. in l. quod jussit, in prefatione, n. 43. de re judi. Valasc. conf. 48. per totam & alibi passim; quoniam si propterea inhibitus dicteretur habere vim diffinitivam, sequeretur exinde revocari, nec reponi possit iterum à superiori, ipsam expediente, juxta ea que vulgariter expendunt Doctores in cap. cum cessante, de appell. in d. l. quod jussit, & nos latè suprà 1. p. c. 5. à n. 26. judicem revocare gravamen, seu interlocutoriam, habeat vim diffinitivam, nequam valere, sicuti nec ipsam diffinitivam.

- 8 Sed hoc est falsum, quia judge superior, qui inhibitionem expedit, ipsam qui juri optimo iterum reponere, & reformare, ita confuluit Federicus de Senis in suo consil. 84. quod incipit, factum sic se habet, sequitur Butriga in cap. cum teneamur, ubi Panormit. ad fin. de appell. Philipp. Franch. in d. c. cum cessante, num. 46. ver. scilicet 10. inhibitoria, &c. ubi dicunt, quod inhibitio, quæ fit per judge ad quem, est interlocutoria, & ideo posse revocari, & mutari per eundem judgem quoniamque: idem tenet etiam Rota in decisione 1. alias 138. si appell. de offic. delegati in novis, & in decisione 65. alias 461. si appetetur, de appell. in novis, quales autem sint effectus inhibitionis reposita, & moderata, vide latè per Lancelot. de attenta. cap. 20. limit. 2. per totam, quod maximè procedit, cum & ipsa revocatio, seu moderationis inhibitionis adhuc dicatur interlocutoria, quemadmodum & ipsa inhibitio, tenent Federic. Butriga Franch. & ceteri modò relati. Socinus consil. 97. Serenissimus, num. 11. in 3. volum. Rebuff. in d. repetitione l. quod jussio prefatione, n. 85.

- Qua de causa rectè puto procedere Romæ doctrinam in dict. decif. 1. alias 138. si appellatus, de offic. delegati, in novis, & decisionem 65. alias 461. de appell. in novis. sequutas per Lancelot. loco nuperissime citato nu. 5. affirmantes contra Alexand. sequutum Federic. de Senis, contrarium illos sentire, istum in consil. 98. incipit. Nicoll. illum in consil. 63. in causa, num. 4. lib. 3. quod eriam si ab hujusmodi revocatione fuisset appellatum, nihilominus sententia, & processus factus per primum judicem inhibitum, dicuntur esse validi; quia talis appellatio, tanquam à merè interlocutoria emissa non suspendit inhibitionis repositionem, & moderationem, imd ea non obstante, potest ad ultiora, ad ejusque executionem procedere, absque metu attenuanti, ex Lanceloto, & alii ibi, & juxta doctrinam seu dispositionem Concilii Tridentini sessione 24. de reform. cap. 20. & l. ante sententiam, ff. de appell. recipien. & l. ante sententiam, Cod. quorum appellatio non recipia. quod alius foret dicendum, si hujusmodi revocationis sententia haberet vim diffinitivam, vel dampnum irreparabile, ex dict. cap. 20. Concil. Trident. & l. 2. ff. quorum appellatio non recip. & nos copiosè suprà, secunda parte, in capite 1. per totum.

- Et non solum à revocatione expressa, sed nec etiam à tacita, que sit per remissionem causæ factam à superiori inferiori inhibitoram (puta, ob non justificatam appellationem) quia talis appellatio à remissione causæ, & sic consequenter à tacita revocatione inhibitionis appellatio interposita non suspendit, nec obstat, quoniam inferior inhibitor in causa queat procedere, ut tenet Lancelotus jam citato loco, lib. limitatione tertia, numero quarto, & quinto. Mando. de inhibitione, quæstio ne trigesima sexta, imd & quod gravamen illatum per inhibitionem non sit qualificatum, scilicet, irreparabile, quando

bile, & similiter sentit bene Mando. loco supra citato dicit.¹³ quæst. 66. à n. 9.

Facit insuper ad propositum, quod dicit Franc. in cap. 1. num. 14. de appell. & Lanfranc. decif. 466. si judge, LanceLOTUS in dict. cap. 20. in prefatione num. 120. Car. 14 din. Tusc. in practica conclusione 141. num. 4. & 5. & per Philippum Franc. in cap. dilecti, num. 14. de appellatio, dicit Scaccia de appellat. quæstio 3. num. 1. quibus locis illud determinant, quod si judge omessa cause cognitione deveniat ad inhibitionem, esset tunc justa causa appellandi, possitque ab eo appellari, ergo sequitur per argumentum ab speciali, & à ratione cessante, quod ipsius inhibitionis expedito sola per se (illis non concurrentibus) non est sufficiens, justa, nec legitima causa appellandi Felin. in cap. dilectus 2. de script.

Ex quibus, quæ singularia, verissimique sunt, & i

alii quæ omitto, ne te derinem diutius illam in hac materia, regulam deduco: judge Eccles. violentiam nullam facere, nec omittere, si appellationi interposita ab expeditione canonica inhibitionis, seu ejus revocatione, tanquam à merè interlocutoria sententia non detulerit; quam regulam ultra fundamenta à nobis tradita praxis supremorum tribunalium ita confirmavit hoc & approbat ut proxim. Et quotidie videmus in casu vim non fieri, declarari, judicique causam remitti, & in hoc jure utimur.

Hanc tamen regulam velim intelligas: ut procedat, quando ipsa inhibitio, seu ejus repositio, & revocatio canonice facta sit; secùs autem quando inhibitio non canonice expediatur à superiori; quia tunc vim faciet judge, si appellationi ab ea interposita non deferat; cum eo casu justa censenda erit appellatio. Quo sensu accipiemus puto Abbatis Panormitanæ doctrinam in capite cum venissent, numero quinto, de restitutione in integr. dicentis, inhibitiones contra jus factas inducere nullitatem actus quantumcumque ab ipsa inhibitione non fuerit appellatum, quatenus supponit à tali inhibitione non canonica posse appellari. Idem tenet Decius in consil. quadragesimo sexagesimo viro, numero vigesimo, libro tertio. Parisius consil. 108. divino jure, numero decimo, & sequenti, libro 1. Lancelotus ubi suprà, limit. 1. num. 8.

Comprobatur fortius isthac nostra limitatio ex his, quæ nuper diximus per Francum in capite primo, numero decimoquarto, de appellatio. & Lanfranc. decisione quadragesima sexagesima sexta, si judge. LanceLOTUM Robertum in dict. capite vigesimo, in prefatione, quæstio ne quarta, numero centesimo vigesimo. Card. Tuscum pract. conclusion. centesima quadragesima prima, numero quinto, tomo quarto, quod si judge amilla causa cognitione, pervenire ad inhibitionem, justam tunc est, & legitimam causam appellandi ab ipsa inhibitoria, quatenus minus canonice à judge expedita fuerit (ut statim videbimus) quibus quidem evidenter probatur, à non canonica inhibitionis expeditione legitimam esse appellacionem, eique à judge necessariò deferendum, licet à sola inhibitione, cui hæc qualitas desicit, appellari non possit.

Cujus rei ratio pendet ex regula l. 4. §. condemnatum, de re judicata, & quæ nos, Deo dante, in sui compunctionem cumulabimus infra, 3. p. cap. 9. quam etiam illustrant Doctores ibi, & Gratian. in regula 326. Afflitis decisione 823. Capitius decisione 167. numero 3. Guido Papæ decisione 50. numero 2. Menoch. de adipiscend. remed. 4. à numero 844. idem de arbitria, questione 98. à numero 6. Ostia. Chaquer. in decisione. Pedemontan. decisione 141. & alibi passim; ex qua omnes uno ore profertur, sententiam five diffinitivam, five interlocutoriam, quantumcumque alijs privilegiatam à jure, ut non obstante appellatione exequatur, non procedere, nec intelligi,